

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum virtus distincta ab abstinentia? 3

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38803**

in le est, quod si nutriantur horum delectabilium concupiscentias per hoc quod ei consentiatur, maximè augebitur: sicut puer, qui sua voluntati relinquitur. Et sic concupiscentia horum delectabilium maximè indigeret castigari. Et idem circa huiusmodi concupiscentias antonomasticè dicitur castitas: sicut & fortitudo est circa ea in quibus maximè indigemus animi firmitate.

Ad tertium dicendum, quod obiectio illa procedit de fornicatione spirituali metaphorice dicta, quæ opponitur castitati spirituali, ut dictum est \*.

## ARTIC. III.

*Vtrum castitas sit virtus distincta ab abstinentia?*

**A**d tertium sic proceditur. Videtur, quod castitas non sit virtus distincta ab abstinentia: quia circa materiam vnius generis sufficit una virtus. Sed vnius generis videntur esse quæ pertinent ad unum sensum. Cum ergo delectatio ciborum, circa quam est abstinentia; & delectatio venereorum, circa quam est castitas, pertineant ad tactum: videtur quod castitas non sit alia virtus ab abstinentia.

\* 2 Præterea, Philos. in 3. Ethic. \* omnia virtus intemperantiae assimilat puerilibus peccatis, quæ castigatione indigent. Sed castitas nominatur à castigatione vitiorum oppositorum. Ergo cum per abstinentiam quædam virtus intemperantiae cohabantur, videtur quod abstinentia sit castitas.

\* 3 Præterea, Delectationes aliorum sensuum pertinent ad temperantiam, in quantu ordinantur ad delectationes tactus, circa quas est temperantia. Sed delectationes ciborum, circa quas est abstinentia, ordinantur ad delectationes venereorum, circa quas est castitas. Vnde dicit Hierony. \* Venter & genitalia sibi metiphys vicina sunt, ut ex vicinitate membrorum confederatio intelligatur vitiorum. Ergo abstinentia & castitas non sunt virtutes ab iniucem distinctæ.

SED contra est, quod Apost. 2. ad Cor. 6. connumeat castitatem ieiunijs, quæ ad abstinentiam pertinent.

*In corp.  
art.*

730

2. d. 24.

9.2. a. 1.

ad 3. Et

vir. 9.1.

a. 4. co. fr.

li. 3. c. vi  
tim. 10.5.

*Ad A-  
mädun,  
aliquan-  
tulum à  
princ. 10*

R E-

252 R E S P O N D E O dicendum, quod sicut dictum est\*, temperantia est propriæ circa concupiscentias delectationum talus: & ideo oportet ut vbi sunt diuersæ rationes delectationis, ibi sint diuersæ virtutes sub temperantia comprehensa. Delectationes autem proportionantur operationibus, quarum sunt perfectio-

q. 141. a.  
4.

li. 9. ex c.  
7. à med.  
habetur  
tom. 5.

li. 3. c. 10.  
tom. 5.

li. 1. c. 10.  
ante me.  
tom. 1.

nes, vt dicitur 9. Ethic. \* Manifestum est autem quod alterius generis sunt operationes pertinentes ad usum ciborum, quibus natura individui conservatur: & operationes pertinentes ad usum venereorum, quibus conservatur natura speciei. Et ideo castitas quæ est circa delectationes venereorum, est virtus distincta ab abstinentia quæ est circa delectationes ciborum.

Ad primum ergo dicendum, quod temperantia non consistit principaliter circa delectationes talus, quantum ad iudicium sensus de tangibiliibus, quod est eiusdem rationis in omnibus; sed quantum ad ipsum usum tangibilem, vt dicitur in 3. Ethic. \* Etiam tem alia ratio utendi cibis & potibus, & venere. Et ideo oportet esse diuersas virtutes, licet sint unus sensus.

Ad secundum dicendum, quod delectationes venereæ sunt vehementiores & magis opprimentes rationem, quam delectationes ciborum: & propter hoc magis indigent castigatione, & refraneratione: quia si eis consentiatur, magis ex hoc increscit vis concupiscentiae, & deiicitur virtus mentis. Vnde Augustinus dicit\* in 1. Soliloquiorum, Nihil esse sentio, quod magis ex arce deiicit animum virilem, quam blandita feminæ corporumq; ille contactus, sine quo ne haberi non potest.

Ad tertium dicendum, quod delectationes animalium sensuum non pertinent ad naturam hominis conservandam, nisi prout ordinantur ad delectabilia talus. Et ideo circa hujusmodi delectationes non est aliqua alia virtus sub temperantia comprehensa. Sed delectationes ciborum, quamvis aliqualiter ordinen-

tur  
or  
eti  
vir  
ad  
A  
cic  
est  
cat  
stic  
des  
dun  
om  
ad  
om  
bra  
ez,  
ad  
S  
feu  
hab  
citr  
pro  
Prie  
R  
est  
recu  
prop  
cunc  
de ac  
Dei,

tur ad delectationes venereorum, tamen etiam per se ordinantur ad vitam hominis conseruandam: & ideo etiam per se habent specialem virtutem, quamvis illa virtus, quæ abstinentia dicitur, ordinet actum suum ad finem castitatis.

## ARTIC. I V.

*Virum pudicitia pertinet specialiter ad castitatem?*

731

A D quantum sic proceditur. Videtur, quod pudicitia non pertinet specialiter ad castitatem. *Supra q.* Di-  
citur enim August. in 1. de ciuit. Dei \*, quod pudicitia li. 1.c. 18  
est quædam virtus animæ. Non ergo est aliquid ad parum à  
castitatem pertinens, sed est per seipsum virtus à ca- *prin. 10. 5.*  
stitate distincta.

¶ 2 Præterea, Pudicitia à pudore dicitur, qui videtur idem esse verecundia. Sed verecundia secundum Damascenum \* est de turpi actu: quod conuenit li. 2. ore.  
omni actui vitiioso. Ergo pudicitia non magis pertinet *fd. c. 15.*  
ad castitatem, quam ad alias virtutes.

¶ 3 Præterea, Philosophus dicit in 3. Ethic. \* quod li. 3.c. 12.  
omnis intemperantia generaliter est maximè expro- *som. 5.*  
brabilis. Sed ad pudicitiam pertinere videtur fugere  
ea, quæ exprobribilia sunt. Ergo pudicitia pertinet  
ad omnes partes temperantie, non autem specialiter  
ad castitatem.

S E D contra est, quod August. dicit in lib. de Per-  
seuerancia \*, Prædicanda est pudicitia, ut ab eo qui *l. 20. pau-*  
habet aures audiendi, nihil genitalibus membris illi- *lo à pri.*  
citum perpetretur. Sed usus genitalium membrorum, *som. 7.*  
propriè pertinet ad castitatem. Ergo pudicitia pro-  
prie ad castitatem pertinet.

R E S P O N D E O dicendum, quod sicut dictum est \*, nomen pudicitie à pudore sumitur, in quo ve- *In arg. 2.*  
re cundia significatur. Et ideo oportet quod pudicitia *huic a.*  
propriè sit circa illa, de quibus homines magis vere-  
cundantur. Maximè autem verecundantur homines *li. 14. c.*  
de actibus venereis, ut August. dicit in 14. de ciuit. \* *18. circa*  
*Dei; in tantum quod etiam concubitus coniugalis, qui me. 10. 5.*  
hone-